

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

409. An sit sufficiens causa resignandi Episcopatum ratio inspirationis
dixinæ, humilitatis, & melioris vitæ, præcipuè vitæ contemplativæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

In c. ad Supplicat. de renunc. n. 1. Butrium n. 2. Gl. v. morari. & ad hoc probandum congerens ferè eadem, qua pro responsi præced. Quia autem di- cenda sunt inimicitia capitales, remittendum arbitrio judicis ait, n. 258. Et inimicitias non præsumi, cum sint facti, facta autem non præsuman- tur, nisi probentur. Paris. n. 259. ac modos omnes probandi inimicitias deduci à Mascard. de probat. conclus. 868. per tot. Ampliatur responsio ab eodem Paris. n. 263. ut etiam procedat, si Episcopus non potest tute sine mortis periculo ad Episcopatum accedere, eò quod hæc sit justa causa non residen- di, citat pro hoc Abb. & Butrium ubi ante. Item, ut procedat, sitque justa causa resignandi Episcopatum, dum Episcopus premittit tyrannide ty- rannorum, juxta eundem Paris. n. 264. citantem pro hoc c. 1. de renunc. & ibi. Host. n. 3. Quod ipsum tamen recte limitat n. 265. quoties per alium pos- sit saluti subditorum provideri, ut D. Tho. 2. 2. q. 185. a. 5.

Questio 409. An sit sufficiens causa re- signandi Episcopatum ratio inspirationis di- vine, humilitatis & melioris vita, ac præ- cipue vita contemplativa?

Respondeo ad primum negativè. Pirrh. loc. cit. n. 51. Paris. cit. q. 3. n. 227. juxta cit. c. nisi, ubi dicit Papa: Tu quomodo scis, quod talis inspiratio sit caelestis, nimurum quæ à caritate & procuranda salute proximi, ad quam Episcopus est obligatus, avertit?

2. Respondeo ad secundum quoque negativè. AA. ijdem ll. cit. sic enim dicitur quoque cit. c. nisi, quod si forsitan humilitatis causa de culmine queris pontificali descendere, eo ipso videris male erigere cer- vicem, quod te nimis in resignandi proposito exhibeas pertinacem: quia tunc veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedi- entiam non dimittas. &c. & humilitas, quæ contra obedienciam erigitur, superbia est, ut Butrio apud Fagn. in cit. c. nisi. n. 12.

3. Respondeo ad tertium negativè. Pirrh. loc. cit. ex eod. c. nisi, ubi: quantumcumque autem quis fulgeat virtutibus, si caritatem (qua maximè exercetur in Episcopali munere) non habeat, nihil habere censemur.

4. Respondeo ad quartum etiam negativè; nam, ut dicitur eod. c. nisi, licet vita contemplativa sit magis secura & suavis, activa tamen magis fructifera & utilis est: quod si vita contemplativa cum activa conjugatur, ut sit in statu Episcopali, præstan- tor est & perfectior exemplo Moysis, qui modò in montem ascendens gloriam Domini speculatus est, modò verò descendens in castra, necessitatibus populi providit. Ideoque facilius conceditur, ut monachus seu contemplativus ad Prælaturam, videlicet Episcopatum alcedat, quam ut præfus ad monachatum descendat. Pirrh. c. cit. n. 51. Laym. cit. c. nisi. n. 11.

Questio 410. An igitur non sit justa causa resignandi Episcopatum ingressus religionis approbare, ut in ea securius propria saluti vacetur?

Respondeo negativè. Paris. cit. q. 3. n. 233. ci- tans Abb. in cit. c. nisi. n. 30. & 20. D. Tho. 2. 2. q. ult. a. 3. Majol. de irregular. l. 3. c. 6. n. 31. &c. Pirrh. ad tit. de renunc. n. 52. Less. de just. l. 2. c. 4. n.

n. 24. Laym. ad cit. c. nisi. n. 2. argumento c. sup- gestum. 7. q. 1. & cit. c. nisi. ubi dicitur: Facilius radicetur, ut monachus ad presulatum ascendat, quam præfus ad monachatum descendat. item: si in bjujmodi cessione fragem melioris vita tibi promitis, scire te debes non esse sanctificato in utero (intellige Ieremiam) sanctorem. Ex quibus fatis colligitur, quod ille Archiepiscopus volebat fieri monachus, & scripti pro licentia; Innocentius III. autem illam dene- get rescribens, postulationem non videri disre- tam. Paris. n. 233. Ratio etiam est, quod melius fit, ut quis, postquam statum Episcopalem suscep- sit, seque obligavit ad suam subditorumque fa- lutem procurandam, in eo statu perseveret, quan- diu muneri Episcopali satisfacere, & Ecclesie uti- liter servire potest. Paris. n. 234. Laym. cit. n. 2. Pirrh. loc. cit. ex D. Tho. 2. 2. q. 185. a. 4. ad 1. quin &c, cum licitum non sit, de statu perfectiore (qua- lis est status Episcopalis respectu statutus religiosi, ut D. Tho. loc. cit. a. 1. ad 2.) transire ad statum mi- nus perfectum, quamdiu potest ea, quæ sunt sta- tuis perfectioris, execipi; hoc enim esset retrospic- cere, non licet Episcopo à statu Episcopali transire ad statum religionis, nisi alia subfirca causa, non feciit ac licitum non est à statu religionis transire ad sacerdotium, aut à strictiore ad laxiorum religio- num. Pirrh. loc. cit. Quod si verò Episcopus non potest amplius utiliter præesse gregi suo, melius erit, petitam licentiā, Episcopatum deferere, & propriam salutem vacare. Paris. n. 240. Laym. Pirrh. II. cit. juxta cit. c. nisi. ubi dicitur: modò profaci- illis possit, et si non omnibus, tamen multis. & D. Tho. I. cit. a. 4. ad 1. quin & ab Episcopatu transire po- terit ad statum monachalem propter delictum & irregularitatem. Paris. n. 241. quod ipsum tamen intelligendum juxta dicta q. præced. vel etiam de delicto, ob quod depositus fuit ab Episcopatu, & detrusus in monasterium ad agendam penitentiam; in quo casu etiam ad Episcopatum redire non potest, juxta c. hoc nequaquam. 7. q. 1. & ibi Gl. v. alterius. Pirrh. loc. cit. Paris. n. 241. & 242.

2. Atque ex his sequitur primò, professionem religionis factam ab Episcopo sine licentia Papæ, nulla alia causa cogente, quam studii proprii fa- lutis, esse irritam. Laym. I. c. 3. citans Valent. to. 3. d. ro. q. 3. p. 4. Pirrh. cit. n. 52, ed quod, ut idem AA. Deus non accepterit professionem, quæ sit contra prohibitionem Ecclesie prohibentis, ne Episcopus Ecclesiam cui obligatus est, deserat sine venia Papa. Valida tamen erit professio, si Episcopus id egreditur cum licentia Papa, quamvis hic malè agat concedendo ex ista tantum causa Episcopo hanc licentiam. Laym. loc. cit. citans Suar. To. 3. de relig. l. 1. c. 20. n. 7. & ex eo Pirrh.

3. Sequitur secundò, votum Episcopi, qui ad- huc præesse potest utiliter Ecclesia, voventis in- gressum religionis, ut propriam salutem melius va- care possit; esse omnino irritum, ed quod votum esse debeat de meliore bono, & de eo, quod Deo gratum est, profiteri verò religionem sit minus bo- num, quam officium Episcopale in eo, qui fulce- pro Episcopatu se obligavit Ecclesia, & si adhuc utiliter præesse potest. Laym. loc. cit. n. 4. citans D. Th. ubi supra a. 5. ubi: quod Episcopus, qui Ecclesia adhuc utilis est, retrocederet seu descen- deret à perfectione, si religionem ingredi velleret. Item Valent. ubi supra. Sot. de just. l. 10. q. 2. a. 4. Sed neque in tantum adhuc valere tale votum, in quantum talis eo edito obligatur ad aperiendum hoc